

Aviola | trib. milit. leg. III Aug., praef. fabr., | eum liberosque posterosque eius | sibi liberis posterisque suis patronum cooptaverunt. | C. Silius C. f. Fab. Aviola trib. milit. | leg. III Aug., pr. fabr., civitatem Apisam maius liberos posterosque | eorum sibi liberis posterisque | suis in fidem clientelamque | recepit. Egerunt | Hasdrubal (*sequuntur nomina pleraque corrupta, in fine*) Aris Ioiapoi, | Saepo Chanaebo legati.

6100 M. Crasso Frugi L. Calpurnio | Pisone cos.⁴ | III non. Febr. | civitas Themetra ex Africa hospitium | fecit cum C. Siliio C. f. Fab. Aviola [eu]m | liberos posterosque eius sibi liberis | posterisque suis patronum cooptaverunt. | C. Silius C. f. Fab. Aviola civitatem Themetrensem liberos posterosque eorum | sibi liberis posterisque suis in fidem | clientelamque suam recepit. | Egerunt Banno Himilis f., sufes; Azdrubal Baisillectis f., | Iddibal Bos[th]aris f., leg.⁵

Zenani in valle Trumplinorum supra Brixiam rep., tabulae aeneae tres (V 4922. 4924. 4919 huius ectypum ex ipso aere sumptum edidit Maffei, illae circa a. 1600 bis vel ter descriptae postea non comparuerunt). Quarta similis tabula est V 4920. — 1) Consules suffecti, sine dubio circa a. p. Chr. 27 (anno 26 ut puto, cf. Prosopogr. imp. Rom. II p. 246 n. 548). — 2) Cf. C. I. L. VIII p. 424. — 3) Cf. ib. p. 97. — 4) A. p. Chr. 27. — 5) Legati.

Tabulas has apparet una olim adservatas fuisse in villa Siliii Aviolae. Similiter ex rudibus domorum vel villarum prodierunt tabulae una cum pluribus aliis ad eundem virum pertinentibus repertae N. 6111. 6117. Contra ex tabulariis municipalibus et aliae pleraque prodierunt et potissimum Paestanae N. 6112. 6114.

6101 M. Licinio Crasso | L. Calpurnio Pisone cos.¹ | IIII k. Maias | gentilitas² Desoncorum ex gente Zoelarum³ | et gentilitas Tridiavorum ex gente idem | Zoelarum hospitium vetustum antiquom | renovaverunt, eique omnes alis alium in fidem clientelamque suam suorumque liberorum posterorumque receperunt. Egerunt | Arausa Blecaeni et Turaius Clouti, Docius Elaesi, | Magilo Clouti, Bodecius Burralli, Elaesus Clutami, | per Abienum Pentili magistratum Zoelarum. | Actum Curunda. | Glabrione et Homullo cos.⁴ V idus Iulias | idem gentilitas Desoncorum et gentilitas | Tridiavorum in eandem clientelam eadem | foedera receperunt ex gente Avoligorum | Sempronium Perpetuum Orniacum⁵, et ex gente | Visaligorum Antonium Arquium, et ex gente | Cabruagenigorum Flavium Frontonem Zoelas. | Egerunt | L. Domitius Silo et | L. Flavius Severus | Asturicae.

Asturicae ut videtur rep., deinde Romae, iam Berolini, tabula aenea fastigiata (II 2633 cf. Huebner ex. scr. epigr. n. 874). — 1) A. p. Chr. 27. — 2) Cf. supra N. 3639. — 3) Cf. Plin. h. n. 3, 28; Huebner C. I. L. II p. 363. — 4) A. 152. — 5) Cf. Ptol. geogr. 2, 6, 33.

De hac tabula dixit Mommsen roem. Forsch. 4, 329 not. 5.

6102 C. Laecanio Basso, | Q. Terentio Culleo¹ne cos.¹ | Clunienses ex Hispania | citeriore hospitium fecerunt cum C. Terentio | Basso C. f.